

M. MARVLI DELMATAE  
DAVIDIAS

ARGVMENTVM

*Regum lib. I, cap. XIII. Samuel propheta arguit Saulem regem inobedientē in Deum et regnum de familia eius transfere-  
rendum prædicat. XV. Iterum denunciat eum de regno eiiciens-  
dum, quia iussus interficere Amalechitas regi eorum Agago  
pepercerit. Quem coram adductum Samuel ipse in frustra con-  
cidit. XVI. Samuel ungit Dauidem regem futurum. Saul agi-  
tatus immundo spiritu Dauide cytharam pulsante refocillatur.  
Dauid fit armiger Saulis. XVII. Goliath interimit. Palestini fu-  
giunt.*

LIBER I

DAVIDIS memorare pii gesta incluta regis  
Instituto. Quis nunc dignas in carmina uires  
Suppeditet? Non Cyrrheę de uertice rupis  
Descendens lauroque caput præcinctus Apollo,  
Non Nyse numen, furiata mente Lyeus, 5  
Pieridumque chorus. Nam non ego dicere Troię  
Excidium Thebasue paro nec sparsa cruore  
Thessala Romano bellis ciuilibus arua,  
Sed cęlo cognatum opus arcanisque sacratum  
Mysteriis. Quorum qui solus crederis autor, 10  
Solut, magne Deus, mihi iam cantanda ministres.

Iudei ~~~~~  
Gens quondam Iudea potens opibusque uirisque,  
Orbe sub Eoo residens, non inscia uerę  
Religionis erat; ritus moremque sacrorum

# DAVIDIJADA

## MARKA MARULIĆA DALMATINCA



### SADRŽAJ

*Knjiga o kraljevima I, gl. XIII. Prorok Samuel kori kralja Šaula zbog neposluha prema Bogu i proriče da će kraljevska vlast biti prenesena s njegove obitelji na drugoga. XV. Ponovo mu navješćuje da će biti zbačen s prijestolja, jer je, kad mu je bilo zapovjedbno da pobije Amalečane, poštedio njihova kralja Agaga. Kad je taj bio doveden preda nj, Samuel ga glavom sasiječe na komade. XVI. Samuel pomazuje Davida za budućega kralja. Šaula, koga progoni nečisti duh, ozdravljuje David udarajući u kitaru. David postaje Šaulov štitonoša. XVII. Ubija Golijata. Fiolistejci bježe.*

### KNJIGA I.

DAVIDA, pobožnog kralja, kazivat počinjem slavna  
Djela. No tko će mi sad udijeliti dovoljno snage  
Da ih opjevam? Neće ni onaj što silazi s vrha  
Kirske hridi – Apòlōn, lovorika čelo mu kiti,  
Neće ni mahnuti Lijej, božanstvo Nísē, to moći, 5  
Kao ni zbor Pijeridā. Jer ja se ne spremam pjevat  
Propast Troje, ni Tebu ni rimskom polivena krvlju  
Ona tesalska polja za građanskih ratova njenih,  
Nego nebu blisko i tajnim otajstvima djelo  
Posvećeno. A ti što si jedini, jedini tvorac 10  
Toga, veliki Bože, pomози mi sada u pjesmi!


*Židovi* Nekoć je židovski narod – junacima bogat i moćan  
(Njegova postojbina na Istoku bijaše) – pravu  
Ispovijedao vjeru. Od Boga je obrede svete,

	Edidicit monstrante Deo, referentibus ipsis	15
	E cęlo afflatis certissima queque prophetis.	
	Hinc unum celebrare Deum, uirtute creata	
	Cuius cuncta forent, coepit, terramque polumque	
	Qui regat et sensus cunctis uitamque ministret.	
	Quos uero gentes alię populique colebant,	20
	Hos non esse deos, sed prorsus demonas ipsos,	
	Quorum homines capti iam pridem fraudibus errant	
	Vix numeranda suis uenerantes numina uotis.	
<i>Saul rex</i>	Ergo Iudaicę primus moderamina gentis	
	Ciso natus Saul et regni sceptrata tenebat,	25
	Non recto officio nixus nec legibus ęquis,	
<i>Samuel</i>	Quum Samuel uates dictis mordacibus illum	
<i>propheta</i>	Aggrediens et facta Deo non grata reuoluens	
	Hęc responsa dedit: “Quoniam tibi certa Tonantis	
	Iussa sequi nulli fuerit post talia cure,	30
	Isto te indignum, quo te dignatus honore est,	
	Censuit atque alium, regni cui tradat habenas,	
	Iam sibi prospexit successoremque regendo	
	Constituit populo, notum pietate fideque,	
	Quanquam humili de plebe uirum. Sed sanguinis omnes	35
	Exuperat tenebras cum laudum lumine uirtus.”	
	Hęc effatus abit moestum tristemque relinquens	
	Iam Saulem et multa perculsum pectora cura.	
	At quia continuo tali pro crimine poena	
	Non inflictata fuit, iussus rex perdere gentem	40
	Ammalechitarum, rursum mandata reliquit,	
	Rursum iussa Dei temnens seruauit Agagum,	
	Victor commisso captum certamine regem,	
	Illius armentis etiam pecorique pepercit.	
	Ergo Dei immemorem res effecere secunde.	45
	Sed frustra excusat facinus damnante propheta,	
<i>Saul</i>	“Ignouisse uiro pietas me compulit,” inquit	
	“Illesas autem pecudes dimittere suasit	
	Religio, ut sacras stet plurima uictima ad aras.” –	
<i>Samuel</i>	“Falleris” exclamat Samuel “uanoque fauore	50
	Facta iniusta tegis, quoniam non gratior ulla est	

	I prinositi žrtve, naučio: proroci njemu, Nadahnuti s nebesa, tad javljahu istinu čistu.	15
	Tako započe on veličati jednoga Boga, Čija je ruka sve učinila, Boga, vladara Neba i zemlje, što svima osjetila daje i život.	
	Koje pak druga plemena i narodi štovali bjehu, Spozna, bogovi nisu već zaista zlodusi samo, Njihovim lažima čovjek već odavno obmanut griješi Nebrojena božanstva u molitvam štujući svojim.	20
<i>Kralj Šaul</i>	Nego, židovskom rodu na kormilu stajaše prvi Šaul, kog rodi Kiš, i kraljevsko držaše žezlo.	25
<i>Prorok Samuel</i>	Ali valjano on ni pravedno vladao nije. Stoga se Samuel, prorok, zajedljivim okomi riječ' ma Na nj, te razmišljajući o djelima nemilim Bogu Njegovim, reče mu ovo: "Budúći da, sudeć po svemu, Nije te uopće briga za istinsku zapovijed Božju, On te nedóstoynim smatra tē časti što ti je dade, Pa je drugoga sebi potražio komu će uzde Kraljevstva predat i već je odredio tko će naslijedit Tebe u vladanju pukom – junaka zdušna i vjerna, Mada iz prostoga puka. No svaku tamu podrijetla Može rastjerat krepost i svjetlost pohvalnih djela." Tako reče, i ode, a Šaula ostavi potom Sjetna i tužna, kom srce uznemire velike brige.	30
	Ali kako ga odmah za krivnju ne stiže kazna, Kralj kom zapovjedi Bog da amàlečko uništi pleme Ponovo naloge Božje ne izvrši, ponovo Božje Prezre zapovijedi, jer spasi kralja Agága, Koga pobijedio bje i zarobio pobiv se s njime. Još mu tegleću marvu i sitnu stoku poštedje. Tako učini sreća te on zaboravi Boga.	35
<i>Šaul</i>	Prorok ga osudi zbòg tog, a on se pravdao zalud; "Da mu oprostim", reče, "navèla me samilost nà tō, A što stoku ne pobih, već pustih, to svjetova meni Vjera: uz svete oltare to više će klanica stajat."	40
<i>Samuel</i>	"Varaš se", Samuel viknu, "i želiš pobóžnošću lažnom Neprava prikriti djela. No kralju bogóvā nijédna	45

	Cellicolum regi, sacris quę imponitur aris, Hostia quam semper studio curaque fideli Imperio parere suo. Quod spernere quum sis Ausus, et ipse tuum de regno tollere nomen Ac Beniaminam sobolem postponere Iudeę Decreuit, Iudeę regem de stirpe creare.”	55
	~~~~~ Hęc ait indignans regemque relinquere uerso Inde parat tergo. Vetat hoc et abire uolentem Apprendit Saul apprenseque lacinia uestis Implicita est digitis et, dum conamine pannus Diuerso trahitur, geminas distentus utrinque Laxat se in partes. Subitum scissura fragorem Increpuit causamque dedit magis apta loquendi	60
<i>Samuel</i>	Fatidico uati: “Sic, sic” ait “ipse deum rex, Quem dederat quondam, sceptri tibi scindet honorem, Impositusque tuo solio dominabitur alter Te melior multaque super uirtute ferendus.” Rex metuens commissa palam trepidusque fatetur Submissoque genu diuinum numen adorat	65
<i>Agagus rex interficitur</i>	Ignoscique sibi poscit ueniamque precatur. Captiuum interea produci mandat Agagum Coram se Samuel fatisque potentibus actus In frustra educto discidit protinus ense. Corruit in terram fuso miseranda cruore Victima deque suo disectis corpore membris Ablataque uiri forma deforme cadauer.	70
<i>Galgala</i>	Galgala tunc Saulem multa cum plebe tenebat, Vrbs geminis uicina iugis, hac parte Gebalum, Illa prospiciens uiridantem fronde Garizim. Illic cęde pius uates ubi iussa peregit, Iussa uerenda Dei, Ramateę sua tecta petiuit Saulis fata dolens. Sed cęlo uenit ab alto Ipse Deus uerbisque prius quod dixerat, illud	80
<i>Deus ad Samuelem</i>	~~~~~ Re facturus ait: “Samuel fidissime, quid tu Profusis Saulem lachrymis gemis, improba cuius Dextra meum toties prauis despexerit ausis Imperium legique meę qui tendere contra	85

	Žrtva milija nije na svetim oltarima što se Prinosi negoli uvijek poštèno, zdušno i brižno Zapovijed njegovu slušat. A budući da si se drzno Za nju ne marit, to on je odlučio s prijestolja tebe	55
	Maknut i rod Benjamínov zapostavit, Judin pak uzdić Te iz plemena toga izabrali novoga kralja.” To je ljutito reko i htio je ostavit kralja; Već mu okrenuo leđa. No Šaul ga spriječi i rukom Zgrabi kad htjede otići. Al’ prsti mu zapeše zà skūt	60
<i>Samuel</i>	Haljine prorokove, i plašt se, dok jedan ga amo, Drugi pak vukao tamo, na suprotne rastezan strane, Podera. I odjednom u kidanju pòpucāv resko, Proroku povoda dade vidovitom da se o tome Izrazi zgodno, jer kaza: “Ovako će kraljevstvo tebi	65
	Otkinut kralj bogóvā što nekoć sām ti ga dade, I na prijestolju tvom će ustoličen vladati drugi, Bolji od tebe, jer njega uzvisit će mnoge vrline.” Kralj tad, dršćuć od straha, pred njime grijehe priznade, Pa na koljeno kleče i višnjem se pokloni Bogu,	70
<i>Kralj Agag ubijen</i>	Zatraži oprost zá se i zamoli njegovu milost. Sužnja međutim Agága izvesti prèdā se dade Samuel prorok, i snažnom božanskom pokrenut voljom, Odmah izvuče mač i sasiječè ga njim na komade. Žrtva se sruši na zèmlju i klonu oblivena krvlju,	75
<i>Gilgal</i>	Jadna, udova svih odsječènih sa svojega tijela, Ljudski izgubi lik i bezòblična lešina posta. Šaul se desio tada u Gilgalu s velikim ljudstvom, Gradu nadomak dviju planina: s jedne se strane Vidio Ebal, a s druge šumovit i zelen Gerizim.	80
<i>Bog Samuelu</i>	Ondje je pobožni prorok izvršio zapovijed mačem, Strašnu zapovijed Božju, pa pošao kući u Ramu Žaleći Šaulov udes. No s nebeskih side visina Sam Bog, i hoteći ono što jednom rekao bješe Stvarno izvršiti, kaza: “Ta zašto mi Samuel vjerni Suze za Šaulom lije i uzdiše, koji se kletom Desnicom tòliko puta usudio opako prezret Zapovijed moju i mom se suprotstaviti zakonu nije	85

		Nil timuit? Populone pio dominarier illum Ius tu fasque putas? Quin talem comprime luctum	90
		Atque hæc nostra modo mandata facessere perge!	
<i>Iesseus,</i>	~~~~~	Est Iesseus, magni genus alto a sanguine Iude.	
<i>Dauidis pater</i>	~~~~~	Intra Bethlemos domus ipsi condita muros Illa parte manet, quæ spectat lampada solis Fulgentem, quoties Eoo surgit ab orbe.	95
		Illo te transfer natorumque agminis unum, Quem placuisse mihi nosces, hunc chrismate regem Vnge sacro sceptrumque manu da nobile ferre.” Hæc dicente Deo Samuel stetit ore trementi Expauidoque diu. Postquam sibi reddita mens est,	100
<i>Samuel</i>	~~~~~	Aedidit has dubio promptas de pectore uoces: “Magne pater, quid me tam certa pericula uitæ Attentare iubes? Huius si forte negoti Consilium scierit, multam Saul actus in iram Protinus, heu, tristi claudet mea lumina letho.” –	105
<i>respondet</i>	~~~~~	“At tu” numen ait “uitulam cape ‘pergoque’, dices, ‘Sacrum ferre Deo’, hac eludes arte superbum. Quum facies uitula, Iesseum ad sacra uocabis Ipsum progeniemque omnem. Tunc protinus illum, Quem tibi monstraro, liquido sacrabis oliuo Vtque meo præsit populo plebique, iubebis.”	110
	~~~~~	Tunc demum Samuel pecus atque armenta reuisens De grege, quæ uisa est magis illi buccula pinguis, Hanc tulit et rapido Bethlemi moenia gressu Accessit celerans Iesseumque ad sacra uocauit	115
		Cum natis illique simul secreta recludit Consilia. Ingentes pro tanto munere Iesseus Grates lætus agit superum dominoque Deoque Et doni autorem procliuo uertice adorat.	
	~~~~~	Septem aderant iuuenes; proceri corporis unus	120
	~~~~~	Ante alios Heliab, grato præstabilis ore, Recto habitu latisque humeris nigroque capillo. Protensam genitor dextram direxit in illum Et rogat, an ne ipsum maneant insignia regni.	
		Respondit Samuel: “Stellati rector Olympi	125

Žacao? Misliš li ti da pravo i red je da on još  
 Pobožnim narodom vlada? Ta prestani žaliti zbog toga, 90  
 Već se hajde požuri da ovaj mi izvršiš nalog:  
*Otac Davidov,*  
*Jišaj* Ima Jišaj, potómak što slavne je Judine krvi.  
 Njegov je podignut dom unútar bétlémских zidā,  
 A na onoj je strani što svjetiljku gleda sunčanu  
 Sjajnu kada se gòd sa istočnih krajeva diže. 95  
 Tamo ćeš poći i jednog od njegovih brojnih sinóvā,  
 Koji se svidio meni, upoznat: za kralja ga svetim  
 Pomaži uljem i slavno u rúke predaj mu žezlo.”  
 Samuel stajaše dugo na ove riječi Božje  
 Preplašen, dršćućih usta. A kad mu se vratila svjēst, 100  
 Tada ove izrèče, u duši neòdlučan, riječi:  
*Samuel*  
*odgovara* “Zašto mi, veliki Oče, zapovijedaš neka se tako  
 Šigurnoj izlažem smrtnoj pogibelji? Ako li sazna  
 Šaul za naum taj i zadatak, razljućen silno  
 Odmah će oči mi – jao! – zaklopiti žalosnom smrću.” 105  
 “Ti pak junicu uzmi”, božanstvo reče, “i kaži:  
 Idem žrtvovati Bogu. A oholog tim ćeš obmanut.  
 Kād budēš žrtvovo june, na obred ćeš Jišaja pozvat,  
 Njega i sinove sve. I tada onoga odmah  
 Koga ti pokažem ja, ti žitkim uljem posveti! 110  
 Reć ćeš mu, narodu mojem i puku nek stane na čelo.”  
 Tada tek Samuel pođe obilaziti sitnu i krupnu  
 Štoku, pa junicu uze iz stada što njemu se òd svih  
 Činila pònājdebljom i, žureć se, korakom hrlim  
 Stiže do bétlémских zidā te Jišaja pozva na žrtvu 115  
 Sa sinòvima skupa, i tu mu otkrije tajne  
 Osnove. Radostan Jišaj za milost se tòliku stade  
 Zahvaljivati silno glavaru i bogu bogóvā  
 Te darodavcu se svom do zemlje pokloni čelom.  
 Prisutno bijaše sedam mladića: med svima se jedan 120  
 Istico, vitki Eliab, ramenima širokim, licem  
 Prijaznim, crnom kosom i uspravnim držanjem tijela.  
 Otac mu ispruži ruku i pokaže njome na sina  
 Pitajuć da li to njega očekuju kraljevski znaci.  
 Ali će Samuel nà tō: “Na spoljašnjost ne gleda ljudsku 125



	Non habitus hominum pensat formęue decorem. Nanque bonum fragile est, oculos quod pascit inani Obtutu uulgique rudis sermone probatur. Talis enim species uenientis damna senectę Sentit et indomitę dispendia proxima mortis. 130 Interiora Deus rimatur corda sinusque Ingressus mentis, mores metitur et actus. Non hunc, quem monstras, Deus eligit aut probat ullum Ex istis, quos tu coram consistere cernis. Nunquid non alius superest tibi filius isto 135 Ex numero?" – "Superest," respondit "pascua cureę Cui sunt et gregibus iunior qui p̄s̄it alendis." ~~~~~ Tunc Samuel: "Non ante dapes gustabimus," inquit ~~~~~ "Quam puer huc ueniens se nobis offerat ultro." 140
<i>Dauid</i>	Iussis ille patris parens et pascua linquens 140 Accitus properauit iter seque obtulit ultro, Insignis forma iuuenis facieque decorus, Iocundo aspectu, suffusus et ora rubore Atque manu promptus, uiridis tamen apta labori Aetas et dubio uirtus matura periclo 145 Armorum ac belli, grauibus toracibus artus Subdendi gladioque latus clypeoque sinistra Conueniens animique uigor super omnia celsus. ~~~~~ Agnouit uates hunc unum ex agmine tanto ~~~~~ Esse quidem, cui fata dari sublime tribunal 150 Israhelitarum regnique insigne iubebant. Nec mora, repletum diuino chrismate cornu Effudit Dauida super, plaudente corona Fratrum. Iocundo genitor magis astitit ore. Rege salutato Samuel sua tecta petiuit, 155 Ad Ramateęque lares passu properante recessit.
	~~~~~ Ex illo adridere Deus, dare sydera cęlo ~~~~~ Dextera Dauidi, hunc ipsum seruare periclis, ~~~~~ Hunc animi donare bonis, hunc robore notum ~~~~~ Corporis et multa locupletem reddere gaza. 160
<i>Saul a spiritu agitatus</i>	~~~~~ At uero Saulem furiis agitabat amaris ~~~~~ Immanis demon, totos infusus in artus.

	Zvezdanog Olimpa kralj, a niti na pristalost lica. Jer je prolazno sve što nam oči ispraznim pase Pogledom, priprosti puk o čemu pohvalno zbori. Naime takva ljepota pod starost trpi gubitke Te joj oduzima sjaj blizina neumitne smrti.	130
	Bog nutrinu srca istražuje, duši u kutke Zalazi Bog te ljud'ma procjenjuje značaj i djela. On ne izabra tog kog pokazuješ niti od ovih Koje pred nama vidiš da stoje ijèdnoga hoće. Osim ovih sinóvā zar nemaš nijèdnoga drugog?"	135
<i>David</i>	"Imam", odgovori on, "a to je onaj što vodi Brigu o paši i koji, ko najmlađi, stada nam hrani." Tada Samuel reče: "Ni okusit nećemo jela Taj dok ne dođe amo, štoviše, dok ne stupi prèd nās."	140
	Očevu nalogu sin se pokorio: ostavi pašu, Pozvan, žurno krenu na pût te prèd njih izáđe. Bješe to izuzetne vanjštine i obličja krasna Mladić, izgleda ljupka, rumenilom oblita lica, Ali i udarit spreman: jer mladahna dob mu je ipak Naporu bila dorásla i snaga zrela za ratne	145
	Pogibli i teškoće te oružje. Sposoban bješe Nositi težak oklop, mač pripasat, ljevicom podić Štit, a povrh svega veoma bijaše krepak. Uvidje prorok: to je od braće tòlike onaj Komu je, eto, sudbina odredila prijestolje slavno	150
	Da se izràèlsko dade, a time i kraljevsko žezlo. Bez oklijevanja stoga božanskim napuni uljem Rog te ga izli na nj uz pljesak braće u krugu. Još je blaženijeg lica uz braću mu stajao otac. Samuel pozdravi kralja, a potom se zaputi kući:	155
	Vrati se korakom hrlim u Ramu, ognjištu svomu. Otad je stajao Bog uz Davida te mu s nebesa Slao povoljne znake i nàd njim u pogibli bdio; Duševnim dobrima još ga obdario, s tjelesne snage Slaynim učinio njega i bogatim svakakvim blagom.	160
<i>Šaula progoni zloduh</i>	Šaula stade međutim progoniti bjesnilom ljutim Strašan nekoji zloduh, po cijelom mu raširen tijelu.	

	Ille solo stridens prostratus uoluerit se se Huc, illuc uisus, toruo quoque lumine circum Terrebat stantes et spumas ore uomibat	165
<i>Comparatio</i>	Dentibus infrendens, rabidus ceu sepe Molossus, In turpes quoties dimissus ringitur ursos.	
	☞ Quicumque ergo hominum nimis audax mente procaci Despicit etherii monitus mandataque regis, Hic procul exclusus populi de sorte fidelis	170
	Spirituum iuris se se sciat esse malorum Nec nisi placato respiscere posse Tonante. Placatus dabit ille feros de pectore motus Pellere tranquillamque admittere corde quietem Et tandem nullas horrescere demonis iras.	175
<i>Saul, Cisi filius</i>	~~~~~ Hunc ubi amicorum pietas miserata laborem Ciside consulta dedit, quo prorsus iniquum Seu tollat seu forte leuet medicamine morbum, Protinus accitus Solymarum uenit ad urbem	
<i>Dauid</i>	~~~~~ Iesseides Dauid psallens et nablia palma Solicitans dulcique aures modulamine mulcens. Attulit et regi, dederat que munera Iesseus Ipse pater, non magna quidem, si respicis illa, Sin hominem, magnum testantia forsam amorem.	180
<i>Munera oblata Sauli</i>	~~~~~ Iam Bacchi et Cereris speciebus onustus asellus Ducitur in medium, simul et pinguissimus hedus, Villose sed adhuc qui paruulus ubera matris Lambebat, niueum suctu sorbente liquorem. Hec oblata sibi placido Saul omnia uultu Accipiens multas egit pro munere grates,	185
	~~~~~ Sed pro mente magis facili simul atque benigna Et prompto obsequio, optatum quod mittere psalten Curarit uotisque suis nihil inde moratus Annuerit. Post hec Dauidis lenia colla Impubesque genas amplectens oscula libat	190
<i>Saul ad Dauidem</i>	~~~~~ Atque his affatur uerbis: "Charissime, de te Multa quidem dudum iuuenesque senesque ferebant, Aspectus tamen iste tuus, tua uiuida uirtus, Os habitusque simul promittere plura uidentur	195

	Vidješe njega gdje sikćuć na zemlji leži i nà sve Strane se obrće, valja i mrkim pogledom straši Svakoga oko sebe te pjenu baca na usta	165
<i>Poredba</i>	Zubima škripajući. A tako mološki često Pas bjesòmućni reži na grdne medvjede pušten. Svaki će dakle čovjek što drsko i bestidna srca Prezire opomene i naloge nebeskog kralja	
	Isključen biti daleko iz kruga pravòvjernog puka, Pa nek zna da otàda u vlasti zlòdūhā jeste. I dok gromovnog Boga ne ublaži, ozdravit neće. Tek kad ublaži njega, dopustit će Bog da iz grudi Mahnitost divlju odagna i primi u srce spokojstvo	170
	Te se prestane bojat đavòljega konačno gnjeva.	175
<i>Šaul, Kišev sin</i>	Brižni se prijatelji na njegovu sažale muku, Pa mu savjeta dadu da uzmogne opasnu bolest Ili posvema uklonit il' bar je ublažiti lijekom: Smjesta pozvan bude te ù grād Jerùzalem stiže	
<i>David</i>	David, Jišajev sin, sa harfom, koj' prebiruć pò njōj Rukom, ljupkom je svirkom ugađao svaćijem uhu. Donije on i dare što kralju ih otac mu Jišaj Posla. Ti dari, doduše, kad gledaš ih, ne bjehu znatni, Al' su o ljubavi ipak svjedočili znatnoj spram kralja.	180
<i>Darovi iznijeti pred Šaula</i>	Odmah dotjeran bude na srijedu natovaren raznim Vinom i kruhom magarčić, a s njime i potusto jare Koje je, mladahno, još vimena runjavoj majci Sisalo gutajuć, srćuć tekućinu bijelu ko snĳeg. Sve te darove Šaul dobrostivim izrazom lica Primi zahvaliv se toplo za poklone, ali još više	185
	Ocu za ljubaznost tu i dobrotu te spremnu poslušnost, Jer se je pobrinuo da željena njemu sviraća Pošlje i jer je tim udovòljio njegovoj želji Spremno. Davidu kralj izà toga ovije ruke Oko nježnoga vrata i dječaćko ljubne mu lice	190
<i>Šaul Davidu</i>	Te mu progovori ovo: "O tebi, predragi, zbilja Odavno mnogo mi toga i staro zbori i mlado. Ali taj izgled tvoj i tvoja muževna krepkost, Lice i spoljašnjost sva obećavaju, čini se, više	195

	Quam quę dicta mihi: uicit pręsentia famam.	200
	Noster eris nostręque uiris numeraberis unus	
	Militię, nostrum primus comitabere tergum	
	Arma gerens, quoties duri fera pręlia Martis	
	Miscere et belli tentare pericla libebit.	
	Ast etiam positis quum pax agitabitur armis,	205
	Pars (mihi crede) aulę fies non infima nostrę.	
	Vnum oro: cytharę fidibus lenire dolorem	
	Tende meum, quum me morbi uis dira maligni	
	Inuadens miseros affligere coeperit artus.	
	Nescio enim quę me pręssum torpedine multa	210
	Concutiunt laruę, modico tamen interuallo	
	Respirare sinunt lassisque redire quietem	
	Permittunt membris. Huic tu succurre labori,	
	Si potes. Hoc uno, cessent ut cętera, certe	
	Officio tibi me uinctum memoremque tenebis.”	215
	~~~~~ Maiestate uiri iuuenilis territa uirtus	
	~~~~~ Obstupuit mentemque rubor turbauit et ora.	
	Haud multum mansere metus; sibi redditus ille	
<i>Dauid</i>	Hęc demum responsa dedit: “Tua iussa capessam.	
<i>respondet</i>	~~~~~ Quem me cunque uoles fieri, rex inclyte, talis	220
	~~~~~ Esse uolo, tibi me totum do, dedico totum,	
	~~~~~ Insanum sanumque sequar pariterque iuuabo,	
	~~~~~ Quicquid deinde meę uires artesque ualebunt.	
	~~~~~ Seu res uisa lyram fuerit seu poscere ferrum,	
	~~~~~ Pręsto adero, nec me segnem timidumue uidebis	225
	~~~~~ Villa in re quandoque tibi.” Post talia dicta	
	~~~~~ Mens illecta magis Saulis concepit amoris	
	~~~~~ In iuuenem stimulos et iam fidentius illi	
	~~~~~ Credere se et uultu magis aspirare fauenti.	
	~~~~~ Ergo illum quoties tristis turbabat Herinis,	230
	~~~~~ Arrepta toties aderat testudine Dauid.	
	~~~~~ Leua tenens capulum digitisque micantibus errans,	
	~~~~~ Fila suprema lyre nunc hęc, nunc illa premebat,	
	~~~~~ Dextera sed medios percurrens pectine neruos	
	~~~~~ Edebat multa uariatos arte canores.	235
	~~~~~ Continuo cęssare furor, decędere toto	

	Nego što kazaše meni: ti glase o sebi nadiše.	200
	Moj ćeš bit, među svoje uvrstit ću tebe vojnice, Za mnom ćeš stupati prvi i moj ćeš štitonoša biti Svagda kad nam se sviđi zapodjeti surovu bitku Nemilòsrdnog Marsa i okusit ratnu opasnost.	
	A kad odložim mač i mirno nastupi doba,	205
	Najniži, vjeruj mi, nećeš na dvoru momemu biti. Jedno te molim: ded nastoj da žicama kitaru moju Ublažiš muku kad mene ta opaka spopadne bolest Strašnom snagom da jadno na zemlju mi obori tijelo. Jer me zlodusi neki potresaju pošto me svega	210
	Pritisne mrtvilo teško. No ipak, barem na kratak Čas predahnut mi daju dopuštajuć da mi se tijelo Umorno odmori malo. U mucu toj mi pomози, Možeš li. Jedino to je – sve ostalo može i ne bit! – Čim ćeš zadužiti mene i postići moju zahvalnost.”	215
	Kraljevo dostojanstvo mladića preplaši prvo; Stoga se David smete, zastídje i pocrvènje. Ali se ohrabri brzo, pa pošto je došao k sebi, Ovo odgovori on: “Izvršivat ću naloge tvoje! Pristajem, slavni kralju, da postanem ono što gòd ti	220
<i>David</i> <i>odgovara</i>	Hoćeš da budem, i sav se posvećujem tebi i dajem. Zdrava ću slijediti tebe i bolna te jednako tebi Služit koliko to tijelom i umom sposoban budem. Dođe li čas da ti zatreba mač il’ moja pak lira, Bit ću tebi na službu, i nećeš me strašljiva vidjet	225
	Nikad i nigdje zá te, ni lijena.” Tim riječ’ma još više Pridobi Šaulovo srce te ono osjećat poče Ljubav spram toga mladića, i kralj se otad sve većma Uzdao u nj i bio mu sklon uz dobrohotan osmijeh. Stoga, kad bi ga gòd uznemirila nesretna Srda,	230
	David bi hvatao liru i odmah se našao uza nj. Ljivicom držeć joj vrat i prstima prebiruć hitrim, Čas bi ove, čas one pri vrhu žice pritískō; Desnom bi pak, preko srednjih po redu prelazeć struna Trzaljkom, s mnogo umijeća izvodio različne zvuke.	235
	Mahnitost morade odmah popustit, a s njome i bolest	

	Corpore pestilitas, monstro deformior omni, Compellebatur sanumque relinquere regem. Tanta erat in sonitu mentem mulcente potestas!	
	~~~~~ Cessent Dirceos cytharę modulamine muros	240
	Iactare extractos uatum commenta priorum Rupesque et siluas Rhodopeia plectra secutas. Hęc conficta quidem nemo est, qui nesciat, et si Quisquam adeo tota soluit de fronte pudorem, Facta esse ut dicat, tamen impendisse salutem	245
	~~~~~ Humanę plus est depulso demone menti Tamque feram domuisse soni dulcedine pestem. Quis dubitat prestare fidem, quum fingere nobis Lex diuina uetet, fecis quum Musa prophaneę Expers porrecto quicquid cratera refundit,	250
	~~~~~ Hauriat e puris sacrati fluminis undis? Reddita mens fuerat Saulo, quum regia tecta	
<i>Dauidis fratres</i>	Tres adiere uiri, cognati sanguinis omnes Atque uno genitore sati, quo natus et ipse est, Sed mage felici postremus germine Dauid.	255
<i>Heliab</i>	Natu inter fratres Heliabus maximus hastam, Hastam, qua solitus syagros agitare, ferebat.	
<i>Aminadab,<sup>3</sup> Sammās</i>	Post hunc Amminadab lateri succinxerat harpen Hisque minor Sammas melis de pelle pharetram Villosam iaculisque grauem gestabat acutis	260
	Atque arcum dura taxi de stirpe dolatum, Non incerti ictus, quum resque locusque petissent. Talibus instructos armis ubi regia Saulis Excepit iuuenes, custodum concita turba Admirata nouos habitus, noua tela uirorum,	265
<i>Rex Saul</i>	Vnde, rogat, ueniant aut quid uenere petitum. Illi hęc confessi subeunt penetrabile superbum Atque micans auro. Soliis hic preșes eburnis Sederat, Oebalio pulchre uelatus amictu, Aurea scepra tenens. Canum caput aurea circum	270
	Stabat perstringens oculos fulgore corona.	

<sup>3</sup> Aminadab] MS : Amminadab Glavičić

	Nestat iz cijela mu tijela, od gadosti ružnija svake; Bijaše prisiljena da kralja ostavi zdrava. Toliko moćan bje zvuk što je kralju dušu smirivo!	
	Stoga nek zamuknu laži i hvastanja pjesnika davnih	240
	Da su se Dirkini zidi sagradili samo uz zvuke Lire, a hridi i šume za rodopskim pošle sviračem. Izmišljotine to su, i svatko je načistu s time. Ako itko je pak toliko odbacio stid svoj	
	S čela te suprotno tvrdi, to opet svakako više	245
	Znači zloduha odgnat i ljudskoj podijeliti duši Spas, a nevolju ljutu ukrotit zvučima slatkim. Tko će mi dakle vjeru uskratit kad lagat nam brani Zakon božanski, kad moja od poganskog smeća je prosta Muza, te sve što nudi i lije iz svoga krčaga	250
	Crpe iz svete rijeke i čistih njezinih voda? Šaulu se vratila svijest kad pred kraljevske stigoše dvore	
<i>Braća</i>	Tri odrasla muškarca što iste bijahu krvi	
<i>Davidova</i>	I od jednoga oca od kojeg se rodio i sâm David ko najmlađi sin, što sretnije bijaše začet.	255
<i>Eliab</i>	Põnājstariji brat, Eliab, nošaše koplje, Koplje kojim je on običavao loviti vepre.	
<i>Abinadab</i>	Mlađi je pak, Abinadab, o pasu nosio sablju,	
<i>Šama</i>	Dok je najmlađi, Šama, na plećima imao tulac Runjav, od kunine kože, pun puncat oštrih strijelā, K tomu i tesani luk od tvrda tisova drva. Bio je sigurne ruke kađ god i gdje god bi se htjelo. Kad u oružju takvu u Šaulove stupiše dvore Ti mladići, okò njih tad sletje se mnoštvo stražara Čudeć se njihovu ruhu neobičnu, oružju čudnu.	260
	Otkle su, stanu ih pitat, i što su došli da mole. Pošto im kazaše to, u dvòranu udoše sjajnu, Blistavu, zlatnu. A tu, na tronu bjelòkosnu, vladar Sjedaše: bio je lijepo ebalijskim ogrnut plaštem, S palicom zlatnom u ruci. Na sijedoj je kraljevoj glavi	265
<i>Kralj Šaul</i>	Bila kruna od zlata zasljepljujuć odsjajem oči.	270